



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 14. Acrius responsum Legatorum hoc mandatum indignantium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul XVI. A.C. 1563. „de reliquo certus fit, quod nos illam  
 „de eo opinionem habeamus, quam  
 „ejus merita, & sapientia deposcerent,  
 „adeo, ut eidem satis fit, si *malignum*  
 „*sperneret vulgus*, ac negligeret oblocu-  
 „torum convitia: unice autem navet  
 „operam tam communi Ecclesiæ bono,  
 „quam proprio Galliæ commodo, nam  
 „utrumque a nobis promotum iri spon-  
 „demus, quantum in viribus nostris  
 „est, prout fufius jam Episcopo Viter-  
 „biensi manifestavimus.„

## §. XIII.

*Legati cum Lotharingio Cardinale  
 juncta opera agere jussi.*

Pallav. c. 12. n. 8. & 9. Sub idem tempus Pontifex Legatis  
 hæc significari voluit: variis ex lo-  
 cis nobis nuntiatur, quod Lotharingii  
 Cardinalis exigua ratio habeatur, at-  
 que idem se vilipendi, imo & instar  
 inimici haberi queratur, quamobrem  
 præcipio, ut cum eo omnia Synodi ne-  
 gotia conferantur, nihilque eo incio  
 decidatur.

## §. XIV.

*Acrius responsum Legatorum hoc  
 mandatum indignantium.*

Legati hoc mandatum ægre ferentes  
 summo Pontifici hæc rescripserunt:  
 „Haud parum miramur, a Sanctitate  
 vestra

Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

„vestra tot mendaciis, ac calumniis  
 „fidem haberi, postquam toties eandem  
 „hac de re monuimus: hinc sane ca-  
 „pere non possumus, qua ratione San-  
 „ctitas sua sibi persuadere possit, quod  
 „nobis a Lotharingio Cardinale tanquam  
 „ab inimico caveamus, quando tam  
 „sæpe in nostris literis res ab eo gestas,  
 „ac dictas commendavimus; semper  
 „enim compertum nobis fuit in hoc  
 „Cardinale tantum probitatis, Religio-  
 „nis, ac studii in summum Pontificem,  
 „& Sedem Apostolicam, ut ejus præ-  
 „sentia Tridenti semper nobis gratissima  
 „fuerit, eumque veluti pacis Angelum  
 „a Deo ad Synodum missum existima-  
 „verimus: ideo adhibuimus omnem  
 „industriam, ut finistram opinionem  
 „ante ejus adventum conceptam glo-  
 „riose detergeremus; credebatur enim  
 „Tridentum venisse eo duntaxat ani-  
 „mo, ut Sedem Apostolicam everteret;  
 „de hac tamen calumnia datis ad Bor-  
 „romætum Cardinalem literis questi-  
 „scripsimus, quod sinistra hæc opinio  
 „nonnisi a perversis hominibus dissidia  
 „suscitandi studiosis divulgata fuisset:  
 „de cetero Lotharingium Cardinalem  
 „de omnibus Synodi negotiis certio-  
 „reddidimus, nec ullam animadverti-  
 „mus causam, ob quam erga illum dis-  
 „simulatione uti oportuisset, ut proinde

*Hist. Eccles. Tom. XLVI.* C Bea-

Sæcul. XVI. „Beatitudo vestra ab inutili hac mo-  
A.C. 1563. „lestia, ac cura libera esse possit.

## §. XV.

*Pontificis responsum circa modum de-  
 creta, & Canones condendi.*

*Pallav. n. 10.* Interea Romæ circa modum decreta  
*Sarpus l. 7.* conficiendi accuratior opera impen-  
*pag. 635.* debatur, ac perpensis prius rationibus,  
 quæ Tridento Romam missæ a Vice-  
 comite exponebantur, in hanc senten-  
 tiam Legatis responsum est. I. Ipsis  
 communicabantur variæ animadver-  
 siones, quæ de Decretorum tenore con-  
 cipiebantur. II. Cum admota esset ma-  
 nus ad formandos canones de Hierar-  
 chia, atque a Cardinale Lotharingio  
 præter septem jam paratos octavus fuisset  
 propositus, quo summi Pontificis  
 prærogativæ declararentur, tum neces-  
 sarium censebatur, ut adderentur verba  
 alias memorata, ac pene ad verbum  
 exscripta ex iis, quæ Florentina Syno-  
 dus definierat, sine quibus sententia  
 manca, & ambigua remansisset. III.  
 Curent idcirco Legati, ut Canon eo  
 modo conficeretur, quamvis vero cre-  
 dendum esset, eos in tam æqua peti-  
 tione obstaculum non offensuros, si ta-  
 men forte illud offenderent, ne pro-  
 pterea desistant, sed conatum omnem  
 exercent ad illud superandum, confi-  
 derata